Quelle:
Copyright:

1080 tribuitur tractatus de duodecim lapidi,
„bus; nostri vero author esse non potest; quia
S. Bernardi sæpius fit mentio. Cum tamen
et alius ejusdem nominis sit scriptor multo
recentior, facile fieri potuit, ut seniori
adscriberetur, quod debetur juniori. Inter
Opp. S. Augustini edit: Maur: T. VI. in appen:
col: 301 extat fragmentum.

7.

Tungdali hyberni militis visio interprete Marco.

154a–167a

Tungdali militis hyberni visio, in gratiam
Gertrudis Abbatissæ in latinum translata
a Marco Monacho. Præcedit epistola trans;
„latoris ad Gertrudem, quæ incipit: "Vene,
„rabili ac deo devotæ domnæ Gertrudi dono
„dei Abbatissæ fr. Marcus etc. Cum multi sint
„vocati." In ea Tungdalum nominat, hanc
visionem factam esse dicit anno M° C° X
L VIIII. (a) Hanc excipit rubrica: "Visio cu,
„jusdam militis hybernie ad edificacionem
multorum conscripta. narracio visionis de
„situ hybernie". Narrationis initium est:
„"Hybernia igitur insula est". In fine legi,
„tur: "Explicit quedam visio bona de penis
„inferni et purgatorii et gaudiis celi". Idem
opusculum recenset Mac. Daun in Notit.
Mss. T. V. p. 122.

(a) Extat hæc epist. apud Martene in Thesau. Anecdot. T. I. col. 490.

De Marco epistolographo nil constat nisi,
„si quod floruerit circa annum 1150. Fabric.
Bibl. m. et i. lat. T. V. p. 24.